zelle des Stämmchens. A die Antheridien, b die Blätter, von denen b^1 median durchschnitten ist.

Fig. 2. Theil eines Antheridienstand-Querschnittes, unter den Blättern A, B, C, Antheridiengruppen.

Fig. 3—6. Antheridienquerschnitt verschiedenen Alters; Fig. 4 schematisch. In Fig. 6 sind die einzelnen Wandungszellen nicht gezeichnet.

Lichenologische Beiträge von Dr. J. Müller.

XV.

(Fortsetzung.)

421. *Coccocarpia pellita; Coccocarpia molybdaea* Auct. *μ strigosa* Müll. Arg. Thallus ut in var. *incisa*, sed laciniae magis adpressae, laeves, non isidiosae; apothecia fusca, margine subtus longiuscule et rigide strigoso-ciliata. — Hic *Coccocarpia molybdaea* v. *Cronia* Nyl. Prodr. Nov. Granat. p. 28, excl. syn. Tuck.) — In Nova Granata ad Cune, alt. 1200 m. (Lindig n. 2663 pr. p.).

— — *ν ciliata; Coccocarpia smaragdina* v. *ciliata* Müll. Arg. L. B. 243. Omnia ut in var. *strigosa*, sed laciniae paullo angustiores et apothecia laete colorata. Laciniae lineares, adpressae, apothecia valide ciliata. — Indumentum paginae inferioris ad extremitates nonnihil albescens et quasi transitum ad *Coccocarpiam aurantiacam* indigitans, caeterum tamen undique obscure coerulescens. — Prope Apiahy Brasiliae ad Iporanga (Puiggari n. 1247).

— — *ξ eumorpha; Parmelia eumorpha* Hepp in Zoll. Syst. Verz. p. 6, et *P. squamulosa* ejusd. l. c. Omnia exacte ut in v. *ciliata*, sed apothecia non ciliata. — Laciniae thalli valde angustae et valde adpressae, laeves et longius radiantes, haud isidiophorae. Apothecia obscure fulvo-rubentia. — In insula Java (Zolling. n. 203 et 1553 Z.).

422. *Coccocarpia aurantiaca* Montg. et v. d. Bosch v. *furfuracea* Müll. Arg. Thallus supra ex initio isidioso mox valde microphyllino-furfuraceus. — Reliqua ut in forma normali speciei. — In Java supra muscos et quisqualia putrescentia (hb. lugd. bat., et Zolling. n. 525 b.).

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03642-0328-1

Sub Zolling. n. 126 Z., a cl. Montg. et v. d. Bosch ad *Coccocarpiam smaragdinam* relata, non *C. smaragdinam* sed *C. aurantiacam* genuinam habeo in meo specimine.

423. *Psora parvifolia* (*Lecidea parvifolia* Pers. in Gaudich. Uran. p. 192, Nyl. Prodr. Nov. Gran. p. 56) var. *granulosa* Müll. Arg. Thalli lacinulae granuliformi-exiguae, angulosae v. digitatim crenato-incisae, cinereo-virescentes, subtus perminute albido-hirsutae. — Reliqua cum specie conveniunt, sc. apothecia pallida, marginata, intus albida, lamina undique cum hypothecio subhyalina v. hyalina; sporae 11—12 μ longae, $2^1/_2$—3 μ latae, sc. ambitu valde angustae. — Habitu ob thallum eximie microphyllinum ad *Lecideam furfuraceam* accedit, sed apothecia extus intusque omnino alia. — Ex diagnosi cum *Lecidea parvifolia* v. *subgranulosa* Tuck. Obs. 1864 p. 273 quadrat, sed haec cubensis sporis ambitu multo latioribus et hypothecio non hyalino differt. — Corticola crescit in insula Java: Junghuhn (in hb. lugd. bat.).

424. *Lecanora javanica*; *Parmelia javanica* Montg. et v. d. Bosch in Montg. Syll. p. 335 et Lich. Jav. p. 27. Apothecia adpresso-sessilia, basi constricta, nec semiimmersa (ut l. c. p 27 dicitur), margo integer, nec crenatus, demum vetustate subcrenatus. — Apothecia sicca simillima iis „*Zeorae jucundae*“ Lechl. Chil. n. 666, sed discus madefactus livido-fuscus, in hac autem intense roseus ut in *L. rodophthalma* Müll. Arg. e Nova Zelandia. — In Javae montibus Sindoro: Junghuhn.

425. *Lecaniae* sect. *Platylecania* Müll. Arg. Apothecia ampla et sporae magnae, hae 5—∞-septatae ut in *Patellariae* sect. *Bombyliospora*.

426. *Lecania* (s. *Platylecania*) *amplificans* (*Lecidea amplificans* Nyl. in Prodr. Nov. Gran. p. 67) v. *nigricans* Müll. Arg. Thallus quam in forma normali speciei paullo obscurior, apothecia paullo minora, obscurius tincta, margo olivacco-pallidus nonnihil verrucosus, discus ex olivaceo-testaceo mox olivaceo-nigricans; sporae paullo minores, circ. 80—100 μ longae, 6—8-loculares. — In insula Java (hb. lugd. batav.).

427. *Pertusaria leioplaca* v. *placentiformis*; *Pert. communis* v. *placentiformis* Montg. et v. d. Bosch in Montg. Syllog. p. 361 et in Lich. Jav. p. 56. Verrucae depresso-hemisphaericae, medio latius concavae et ostiolis livido-nigricantibus late dispersis circ. 4—8 ornatae; sporae ut in specie in ascis quaternae, intus valide costulatae. — In insula Java (hb. lugd. bat.).

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03642-0329-9

428. *Pertusaria microstoma* Müll. Arg. Thallus cinereus v. in margine tenuiore testaceo-cinerascens, rugulosus, caeterum superficie laevigatus, subnitidulus, vix linea distincta cinctus; verrucae fructigerae irregulariter hemisphaericae, copiosae et copiose confluentes, demum valde irregulares et numerosae, superficie leviuscule undulato-inaequales et undique ostioligerae, ostiola superficiem verrucarum attingentia, nigra, opaca, frequentius lirelliformia, 2—$2^1/_2$-plo longiora quam lata, hinc inde caeterum orbicularia, circ. $^1/_{20}$ mm. lata; perithecium tenue et hyalinum, epithecium fuscum, quasi operculiforme, lamina hyalina, asci 2—3- v. saepius 4-spori; sporae 60—110 μ longae, 30—38 μ latae, intus valide spiraliter costulatae. — Proxima neocaledonicae *Pert. trypetheliiformi*, a qua thallo minus albescente, verrucis irregularibus et minus emersis et ostiolis oblongatis differt — In insula Java (hb. lugd. bat.).

429. *Pertusaria minor* Müll. Arg. Thallus tenuissimus, sublaevis, lineis nigris laxe decussatus, cinereo-albidus; verrucae $^1/_2$—1 mm. latae, subinde confluentes, nano-hemisphaericae, thallo concolores et laeves, sat regulares, apothecia 1—4 gerentes; ostiola primum hyalina v. pallide carnea, dein fusca, haud prominentia, nec immersa, solitaria aut in vertice verrucarum conferta; lamina pallide carneo-fuscescens; sporae in ascis octonae, 58—80 μ longae, 22—26 μ latae, intus sublaeves. — Quasi forma parva *Pertusariae leioplacae*, sed habitus thalli tenuis et laevigati et verrucarum haud raro monohymeniarum alius est. Valde affinis videtur *Pertusariae leioplacae* var. *emaciatae* Nyl. Prodr. Nov. Gran. p. 37. — Corticola in insula Java (hb. lugd. bat.).

430. *Lecidea* (sect. *Biatora*) *granularis* Müll. Arg. Thallus effusus, granularis, granula in hypothallo nigro conferta, subhemisphaerica, olivaceo-fusca, subregularia, vertice saepe soredioso-efflorescentia, intus flavescenti-alba; apothecia $^1/_2$—1 mm. lata, sessilia, sicca subnigra, madefacta fusca v. juniora pallide subpellucido-fusca, saepe conglomerata, plana et vix prominenter marginata, demum convexa et subimmarginata v. margine fusco integro vix prominente cincta, discus demum margine obscurius fuscus v. nigricans; epithecium olivaceo-nigricans; lamina cum hypothecio olivaceo- v. virescenti-hyalina, paraphyses valde conglutinatae et asci aegre perspicui; sporae simplices et hyalinae, oblongato-ellipsoideae, 10—13 (raro usque 15) μ longae et 4—$4^1/_2$ μ latae. — Thallus prima fronte illum

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03642-0330-0

Lecideae aurigerae in mentem revocat, sed paullo grossius granularis est et hypothecium et ambitus sporarum omnino differunt. In vicinitate *Lecideae tephroeae* Tuck. et *Lecid. griseo-pallentis* locari possit at nulli cognitarum arcte affinis est. — Crescit ramulicola in insula Java (hb. lugd. bat.)

431. *Lecidea* (s. *Biatora*) *russulina* Müll. Arg. Thallus albido-flavicans, tenuis, minutissime granulosus v. obsoletus; apothecia $^1/_4$—$^1/_2$ mm. lata, similia leviter obscuratis *Lecideae russulae*, at minora, juvenilia levissime tantum marginata, ex aurantiaco rubricosa v. paullo obscuriora, mox immarginata et plus minusve convexa, nuda; epithecium rufo-fulvum, lamina cum hypothecio fulvescenti-hyalina v. magis fulvescens; paraphyses arcte conglutinatae; sporae lineari-ellipsoideae, 9—11 μ longae, 3—$3^1/_2$ μ latae. — Primo intuitu formam ecrustaceam sparse apotheciigeram simulat *Lecideae russulae*, sed apothecia minora, magis convexa et ambitus sporarum multo angustior. Prope *Lecid. subsimilem* Nyl. in Prodr. Nov. Gran. p. 62 et *Lecid. interjunctam* ejusd. in Lich. Hochst. p. 269 inserenda est. — Crescit ramulicola in insula Java (hb. lugd. bat.).

432. *Patellaria* (sect. *Biatorina*) *subvernalis* Müll. Arg.; *Lecidea subvernalis* Nyl. in Prodr. Nov. Gran. p. 58 adnot., eximie accedit ad europaeam „*Biatorinam pilularem* Koerb." (Parerg. p. 136) at differt sporis utrinque obtusioribus et praesertim apotheciis ab imo origine immarginatis. — *Patellaria laetior*, s. *Lecidea laetior* Nyl. l. c. jam thallo sublaevigato et apotheciis aliter coloratis, peculiariter intense carneis differt, et *Patellaria perminima* Nyl. l. c. minutie eximia apotheciorum et sporis minus oblongatis recedunt. — In insula Cuba (C. Wright n. 198) et in insula Java, omnino cum cubana conveniens (Molkenb., fragm., in hb. lugd. bat.), ubi etiam *Patellaria intermixta*, s. *Lecidea intermixta* Nyl. Syn. Lich. Nov. Caledon. p. 44 lecta fuit.

433. *Patellaria* (s. *Psorotheciun*) *subvigilans* Müll. Arg. Thallus crasso-verniceus, primum laevis, mox autem granulosus, stramineo-albidus v. virenti-albus; apothecia 1—4 mm. lata, sessilia, crasse marginata, margine primum subinvoluta, margo primum pallidus, dein cinnamomeus v. fuscus, demum extenuatus, integer et laevis; discus semper planus et nudus, fuscus, madefactus fusco-rufus; epithecium fuscum, lamina hyalina, hypothecium hyalinum, inferne demum hyalino-obscuratum (non fuscum); asci fere semper 8-spori; sporae circ. 70 μ longae, 32 μ latae, i. e. ambitu latae, utrinque late rotundato-obtusae,

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03642-0331-6

incurvae v. subincurvae. — Proxima *Patellariae versicolori*, sc. *Lecideae versicolori* Fée Ess. Suppl. p. 104 et *Patellariae vigilanti*, sed apothecia crassius marginata, minus depressa quam in priore et nuda, et sporae, etiamsi octonae in ascis, majores quam in posteriore. Extus omnino *Patellariam megasporam*, sc. *Lecideam megasporam* Leight. Lich. Ceyl. p. 118 simulat, sed asci 8-spori sunt. A *Patellaria taitensi*, sc. a *Biatora taitensi* Montg. 6ème Cent. n. 14 differt disco pallidiore, madefacto laetius rufescente, hypothecio non fusco et sporis minus oblongatis. — Frequens in insula Java (in hb. saepe cum *Patell. taitensi* commixta).

434. *Patellaria* (s. *Psorothecium*) *atrorubicans*; *Lecidea marginiflexa* var. *atrorubicans* Nyl. Syn. Lich. Nov. Caled. p. 49. Apothecia nuda et juniora minus alte prominenter marginata quam in *Patellaria marginiflexa* sc. *Lecidea marginiflexa* Tayl. Lich. antarct. in Lond. Journ. of Bot. III. 1844 p. 638. — In Nova Caledonia: cl. Vieillard.

435. *Patellaria* (s. *Bombyliospora*) *chloritis* v. *nigrita* Müll. Arg. L. B. n. 300 etiam in insula Java occurrit (hb. lugd. bat.) et a *Patellaria melanocarpa*, s. *Lecidea melanocarpa* Nyl. Lich. Exot. Bourb. p. 260 recedit sporis magis divisis, 9—10-locularibus, et hypothecio hyalino; et dein a *Patellaria conjuncta*, s. *Lecidea conjuncta* Nyl. in Prodr. Nov. Gran. p. 67 observ. thallo sublaevi nec crebre papillari-granuloso, apotheciis minoribus magis depressis et sporis triente minoribus diversa est.

436. *Patellaria* (s. *Bacidia*) *nigro-fusca* Müll. Arg. Thallus tenuissimus, griseo-cinereus, subobsolete leproso-granularis, apothecia $^1/_4$—$^1/_7$ mm. lata, sessilia, plana, nigro-fusca, madefacta distinctius fusca, nuda, margo tenuis et vix prominens, disco plano plano paullo obscurior; epithecium subindistinctum, lamina hyalina, hypothecium pallide fuscum, paraphyses modice liberae; sporae in ascis octonae, hyalinae, anguste fusiformes, 25—32 μ longae, 3—$3^1/_2$ μ latae, 5—7-septatae, altero latere longius angustatae. — Habitu formam minutulam simulat *Patellariae endoleucae* (*Lecideae endoleucae* Nyl.), sed hypothecium aliter coloratum est, margo tenuior et sporae multo breviores et minus divisae sunt. Juxta *Patellariam superulam*, s. *Lecideam superulam* Nyl. Syn. Lich. Nov. Caledon. p. 48 locanda est. — In insula Java (hb. lugd. bat.).

437. *Lopadium arthonioides* Müll. Arg. Thallus albus v. albidus, tenuissimus, subverniceo-limitatus, linea nigra cinctus; go-

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03642-0332-2

nidia globosa; apothecia fusca v. fusco-nigra, madefacta virenti-fusca, $^1/_2$—$^3/_5$ mm. lata aut minora, orbicularia, deplanata, nana, nuda, margine obtuso vix prominente v. demum subindistincto integro cincta; epithecium fuscescenti-olivaceum, lamina cum hypothecio caeterum hyalina, paraphyses hyphemoïdeo-tenellae, creberrime intricatim connexo-ramosae, asci globoso-obovoidei, 1-spori; sporae hyalinae, 60—75 μ longae, 30—35 μ latae, circ. 18–20-ies transversim divisae, loculi longitrorsum 5—7-septati. — Habitu ad *Heterothecium lecanorellum* et *H. obscuratum* accedit, sed paraphyses omnino aliae. — Etiam habitu et structura laminae *Arthothelii* speciem simulat, sed gonidia chroolepoidea non adsunt. Crescit corticola in insula Java (hb. lugd. bat.).

438. *Dirina africana* Krplh. Neuer Beitr. z. Africas Flecht. Flora p. 143, ex specim. a cel. auct. benevole commun. et cum descript. auctoris optime quadrante non est *Dirinae* sed *Urceolariae* generis species. Gonidia sunt normalia, globosa, et sporae bene evolutae quoad formam, structuram et colorem omnino ut in *Urceolaria scruposa*. Lichen prima fronte *Urceolariam Villarsii* refert et ab hac non differt nisi apotheciis duplo minoribus, margine multo tenuiore, saepe subaurantiaco-albido, mox subrefracto, intus linea fusco-nigra zeorina duplicato, disco haud nigro sed obscure tabacino-fusco et semper simplice et dein hypothecio omnino hyalino, nec zonam angustam utrinque more *Dirinae* adscendentem referente. — Clar. auctor, qui bene similitudinem Lichenis perspexit, sporas non satis evolutas tantum ante oculos habuisse videtur. — Sit *Urceolaria africana* Müll. Arg., crescens in Africae subaequatorialis regione Somali-Land.

439. *Opegraphae* sectioni *Lecanactidi* adscribendae sunt species sequentes, fere omnes sub *Lecidea* editae, quarum gonidia in specim. citatis chroolepoideo-concatenata statui:

Opegrapha chloroconia; *Lecanactis chloroconia* Tuck. Obs. 1864 p. 285 (specim. a cl. Willey miss.).

Opegrapha proximans; Lecidea proximans Nyl. in Prodr. Nov. Gran. p. 70 (specim. Lindigii n. 2540).

Opegrapha premnea; *Lecidea premnea* Ach. Lich. Univ. p. 173 (specim. europ. et exot.).

Opegrapha proximata; Lecidea proximata Nyl. in Prodr. Nov. Gran. p. 71 (C. Wright. I. n. 243).

Opegrapha plurilocularis; *Lecidea plurilocularis* Nyl. Lich. Nov. Caledon. p. 54 (specim. a cl. Vieillard lect. ex ins. Lifou).

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03642-0333-7

Opegrapha insignior; *Lecidea insignior* Nyl. in Prodr. Nov. Gran. p. 70 (Lindig. n. 2688).

Opegrapha Leprieurii; *Lecidea Leprieurii* Montgn. Crypt. Guyan. p. 38 (Leprieur n. 763).

Lecidea concordans Nyl. Andam. p. 11 et *Lecidea coniochlora* Montgn. et v. d. Bosch in Montg. Syll. p. 342, quas nondum ipse vidi, verisimiliter etiam *Opegraphae* species affines sunt.

440. *Opegrapha dimidiata* Müll. Arg. Thallus in cortice tantum maculam fuscescentem efficiens, lineis limitantibus destitutus; lirellae sessiles, lineares, simplices, rectae, v. subrectae, $^1/_2$—$^3/_4$ mm. longae, $^1/_{10}$ mm. latae, rima impressa aperientes, labia teretia v. secus rimam obsolete 1-sulcata, nigra et opaca, perithecium basi truncata lateraliter anguloso-productum, sub lamina aut plane deficiens aut valde extenuatum; lamina hyalina; asci 8-spori, elongato-obovoidei, apice vix incrassati; sporae hyalinae, 26 μ longae, $3^1/_2$—4 μ latae, dactyloideo-fusiformes, 6-loculares. — Habitu ad *Op. agelaenam* optime accedit, sed lirellae sunt magis tenellae, perithecium dimidiatum et sporae 6-loculares. — Crescit corticola in insula Java (hb. lugd. bat.).

441. *Opegrapha* (s. *Lecanactis*) *exaltata*; *Lecanactis exaltata* Montgn. et v. d. Bosch in Montgn. Syll. p. 351 et Lich. Jav. p. 49. Sporae ut in *Opegrapha*, cylindrico- 8—12-loculares, nec ut a cl. auct. describuntur lenticulari-loculares. — In insula Java (specim. v. d. Boschian.).

442. *Chiodecton leptosporum* Müll. Arg. Thallus linea hypothallina nigra cinctus, pallide olivaceus v. flavescenti-olivaceus, sublaevis, dein leproso-asperatus; verrucae thallo concolores v. leviter tantum eo pallidiores, depresso-hemisphaericae, subinde plures confluentes, undique densiuscule apotheciigerae; apothecia $^1/_6$—$^1/_7$ mm. lata, orbicularia v. leviter oblongata, altiora quam lata, vertice convexo nigro demum emergentia, perithecia valde tenuia et fusca, superne duplo crassiora et magis nigra, basi demum in stratum crassum fusco-nigrum abeuntia; paraphyses fere simplices; sporae in ascis angustis octonae, 30—45 μ longae, tantum $1^1/_2$ μ latae, anguilliformes, 5(?)-septatae. — Prope *Ch. congestulum* Nyl. Syn. Lich. Nov. Caledon. p. 67 locandum est et statu juniore facillime pro specie *Enterographae* s. *Stigmatidii* habendum, caeterumque habitu ad vulgare *Chiodecton sphaerale* accedens. — In insula Java (hb. lugd. bat.).

443. *Leptotrema crassum* Müll. Arg. Thallus olivaceus, crassus, crasse et late colliculoso-inaequalis; aperturae thallinae

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03642-0334-3

late depresso-conicae, $^1/_2$—$1^1/_2$ mm. latae, concolores, vertice pallidiores, margines laeves et integri aut crenulati, conniventi-erecti, discum defossum alte superantes, margo interior fuscus, apice non discretus, discus albido-pruinosus, demum irregulariter rimiformi-pauciperforatus; sporae in ascis linearibus octonae, 11—14 μ longae, 7—8 μ latae, latius ellipsoideae, primum hyalinae, mox cruciatim 4-loculares, demum fuscae et transversim quater biloculose divisae. — Juxta borbonicum *Leptotrema fissum*, s. *Thelotrema fissum* Nyl. Lich. Exot. Borb. p. 258 (a quo jam thallo crasso, haud laevi, obscuriore et sporis minoribus differt) et *Leptotrema epitrypum* s. *Thelotrema epitrypum* Nyl. Prodr. Nov. Gran. p. 49 (quod colore thalli multo pallidiore, margine thallino crasso obtuso et sporis majoribus magis divisis discernitur) locandum est. — Crescit corticola in insula Java (hb. lugd. bat.)

444. *Glyphis javanica* Müll. Arg. Thallus sublimitatus, non linea cinctus, mediocris, testaceo-albescens v. -pallidus, gibboso-rugulosus, verrucas parvulas juniores copiosas albidas subfarinaceas demum in stromata confluentes gerens, stromata irregularia, subelliptica, angulosa, demum applanata et parum prominentia, apotheciis tenellis oblongatis et subpunctiformibus confluentibus et connatis nigrescentibus creberrime tecta; stroma infra laminas profunde nigricans; sporae in ascis octonae, 25—28 μ longae, 7—8 μ latae, fusiformi-ovoideae, hinc obtusae, 6- v. saepius 8-loculares. — Habitus ut in *G. labyrinthica*, sed thallus copiose verrucosus, verrucae albae et lirellae nigrescentes, sporae majores et earum loculi numerosiores sunt. Prima fronte ob lirellas non albo-velatas etiam *G. tricosam* Nyl. simulat, sed forma earum et sporarum omnino recedunt. — In insula Java (hb. lugd. bat.)

445. *Graphis* (sect. *Solenographa*; gen. *Solenographa* Mass. Esam. comp. p. 26, omnia ut in sect. *Eugraphide*, sed perithecium basi completum) *subassimilis* Müll. Arg. Thallus tenuis, albidus, zona lineari fusca v. nigricante cinctus; lirellae leviter emergentes, graciles, subintricatae, rarius curvatae et paucirameae, utrinque tota altitudine crasse thallino-marginatae, perithecium completum, labia apice nuda, arcte conniventia, nonnihil thallino-velata et caesia; sporae in ascis octonae, hyalinae, 60—68 μ longae, 7—8 μ latae, 13—16-loculares. — Primo intuitu valde *G. assimilem* Nyl. simulans, sed labia lirellarum

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03642-0335-9

utrinque crasse marginata et sporae majores. — In insula Java corticola (hb. lugd. bat.).

446. *Graphis* (s. *Solenographa*) *flavens* Müll. Arg. Thallus effusus, tenuis, sublaevis, cinereo-flavens; lirellae $1^1/_2$—$2^1/_2$ mm. longae, $^2/_{10}$ mm. latae, simplices, erectae v. curvatae, utrinque obtusae, aequaliter dense dispersae, ultra dimidiam altitudinem quasi prominentia s. verruca thallina crasse thallino-marginatae v. quasi substipitatae, superne omnino nudae; perithecium integrum, labia apice arcte conniventia et obtusa, laevia, aterrima, opaca; sporae in ascis octonae, hyalinae, circ. 60 μ longae, 10 μ latae, circ. 14-loculares. — Ad *Gr. subassimilem* habitu paullo accedit, sed apothecia multo magis emergentia, superne aterrima et thallus leviter flavens. Juxta proxinam *Gr. rusticam* Krplh. Lich. Becc. p. 61 e Borneo inserenda est. — In insula Java (hb. lugd. bat.).

447. *Graphis* (*Solenographa*) *regularis* Müll. Arg. Thallus albus, tenuis, effusus, hinc inde evanescens, sub lirellis tumuliformi-elevatus; lirellae $^1/_2$—$^2/_3$ mm. tantum longae, 2—$2^1/_2$-plo v. rarius 3-plo longiores quam latae, semper regulares, ellipticae v. oblongato-ellipticae, elato-sessiles, basi nonnihil thallo albo-marginatae, caeterum nudae et nigrae, nitidulae; perithecium valide integrum, margines obtusi, integri, conniventes, sulco profundo subsegregati; lamina hyalina, asci circ. 6-spori; sporae hyalinae, circ. 65 μ longae, tantum 7—8 μ latae, utrinque obtusae, 20—24-loculares. — Similis *Opegraphae globosae* Fée Ess. t. V. fig. 2, sporis parenchymaticis praeditae. — Juxta *Gr. leucographam* et *G. rusticam* Krplh. Lich. Becc. p. 35 et 61 locanda est. — In insula Java (hb. lugd. bat.).

448. *Graphis* (s. *Eugraphis*) *stenospora* Müll. Arg. Thallus argillaceo-cinereus v. argillaceus, effusus, sat tenuis, fere laevis; lirellae 3—6 mm. longae, sat crasse thallino-marginatae, cum marginibus $^1/_3$ mm. diametro bene aequantes, erumpentes, margines proprii nigri, arcte conniventes, apice nudi, basi sub lamina deficientes, sed ibidem extrorsum anguloso-producti; sporae octonae, hyalinae, anguste digitiformes, 55—65 μ longae, 7 μ latae, subrectae, utrinque obtusae, 12—15-loculares. — Affinis *Gr. leptocarpae* Fée, sed thallus argillaceus, lirellae paullo crassiores et utrinque margine elevato crassiusculo vestitae et ambitus sporarum alius. — In Java (hb. lugd. bat.).

449. *Graphis* (s. *Eugraphis*) *tenella* Act. v. *flavicans* Müll. Arg. Thallus virenti-flavicans et obsolete granularis, apothecia den-

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03642-0336-5

sius conferta. — Reliqua conveniunt. — In insula Java (hb. lugd. bat.), in Guyana gallica et prope Caracas.

450. *Graphis* (sect. *Aulacographa*; genus *Aulacographa* Leight. Monogr. of Brit. Graph. p. 45 t. VII fig. 26; Massal. Esam. comp. p. 30) *schizographa* Müll. Arg. Thallus effusus, sublaevis, virescenti-cinereus; lirellae simplices, 2—4 μ longae, $^3/_{10}$ mm. latae, subrectae, utrinque v. altero latere inferne thallodice vestitae, caeterum nudae et atrae, labia subarcte conniventia, longitrorsum profunde lamelloso-bipartitae; perithecium basi deficiens; sporae in ascis octonae, hyalinae, circ. 35 μ longae et 8 μ latae, circ. 9—10-loculares, apice late obtusae, basin versus sensim angustatae. — Juxta *G. elegantem* locanda est, a qua lirellis gracilioribus, labiis tantum bipartitis et sporis minoribus recedit. — In insula Java (hb. lugd. bat.).

— — v. *albicans* Müll. Arg. Thallus albicans, laevis, lirellae paullo minores. Reliqua conveniunt. — In insula Java (hb. lugd. bat.).

451. *Graphis* (s. *Aulacographa*) *leptoclada* Müll. Arg., *Opegrapha rimulosa* Montg. et v. d. Bosch Lich. Jav. p. 4 (non Montgn. in Ann. Sc. nat. ser. 2. XVIII. p. 271). Thallus effusus, valde tenuis, cinereo-albidus, laevigatus, lirellae 3—6 mm. longae, evolutae $^1/_7$—$^1/_6$ mm. latae, dichotome v. irregulariter tenuirameae, nonnihil intricatae, rami saepe tenuissime angustati, perithecium basi deficiens, margines nigri, superne nudi, caeterum extus thallino-vestiti, ore arcte conniventes et obtusi, longitrorsum semel v. bis leviuscule sulcati aut hinc inde partim integri. Sporae in ascis octonae, hyalinae, 37—45 μ longae, 8—9 μ latae, 10—13-loculares. — A *Gr. striatula* lirellis angustis et perithecio dimidiato differt. — In insula Java (Jungh., ex specim. v. d. Boschiano, et hb. lugd. bat.).

452. *Graphis* (s. *Aulacographa*) *vittata* Müll. Arg. Thallus effusus, crassiusculus, colliculoso- v. bullato-inaequalis, sordide albidus v. cinereus; lirellae circ. $1^1/_2$—$2^1/_2$ mm. longae, $^1/_4$ mm. latae, densae, simplices v. saepius unirameae, ad extremitates attenuatae, emergentes, lateraliter crasse thallino-vestitae, apice incomplete tenuiter tectae; perithecium basi deficiens, margines apice arcte conniventes, obtusi, longitrorsum unisulcati, sulcus ater, costae autem inter epithecium et marginem thallinum sitae albidae, unde apothecia evoluta secus discum utrinque eleganter albido-bivittata; sporae in ascis octonae, hyalinae, circ. 35 μ longae et 7 μ latae, 9-loculares. — Species elegans

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03642-0337-1

sed vix nisi fragmentis visa. Thallus ad illum *Gr. sordidae* Fée accedit, lirellae halone thallino etiam vertice tectae, in sulco marginum tantum nigrae. — In insula Java (hb. lugd. bat.).

453. *Graphidis* sect. *Aulacogramma* Müll. Arg. eosdem characteres offert ac sect. *Aulacographa*, excepto perithecio basi valide completo.

Hujus loci est vulgatissima *Graphis striatula* (Ach.) Nyl.

454. *Phaeographis* Müll. Arg. Thallus crustaceus; gonidia chroolepoidea; apothecia gymnocarpica, vulgo late lirelliformia v. etiam valde abbreviata et subpatelliformia, margine proprio vario cincta, discus subplanus, paraphyses subsimplices et liberae; sporae fuscae, pluriloculares, transversim divisae, loculi lentiformes. — Includit species *Graphidis* aut. sporis fuscis transversim divisis non parenchymaticis praeditas. — *Leiogrammatis* sp. Eschw.

455. *Phaeographidis* sect. *Melanobasis* Müll. Arg. Perithecium fusconigrum, lateraliter mediocre, sub lamina crassum, extus margine thallino duplicatum; discus subniger, planus. — *Lecanactidis* sp. Montg. et v. d. Bosch. — Hic ex autopsia locandae sunt:

Phaeographis (sect. *Melanobasis*) *megistocarpa*; *Platygrapha megistocarpa* Leight. Lich. Ceyl. p. 178 n. 153 f. 20 (exclusa forma rotundata ejusd.). Lirellae $1^2/_3$—$2^1/_4$ mm. latae, 3—9 mm. longae. Sporae circ. 33 μ longae, 7—8 μ latae, 8—9-loculares. — In Ceylonia (ad specim. Thwait.).

Ph. (s. *Melanobasis*) *exaltata*; *Lecanactis exaltata* Montg. et v. d. Bosch. in Montg. Syll. p. 351 et Lich. Jav. p. 49. — In insula Java (Jungh. v. s.).

Ph. (s. *Melanobasis*) *dendroides*; *Platygrapha dendroides* Leight. Lich. Ceyl. p. 179 n. 156 fig. 24. — Proxima *Ph. planiusculae* et *Ph. diversae*; sed sporae minus divisae. — In Ceylonia (specim. Thwait.).

Ph. (s. *Melanobasis*) *diversa*; *Graphis diversa* Nyl. Syn. Lich. Nov. Caledon. p. 74. — Ejusdem *Graphis diversa* in Lich. Exot. Peruv. p. 227 autem res heterodoxas includit. — In insula Java: Jungh., Zolling., et in Nova Caledonia: Vieillard.

Ph. (s. *Melanobasis*) *planiuscula*; *Lecanactis planiuscula* Montg. et v. d. Bosch Lich. Jav. p. 49; *Graphis planiuscula* Nyl. Syn. Lich. Nov. Caled. p. 74, Krplh. Lich. Novarra p. 198. — In insula Java: Jungh., Zolling.

Ph. (s. *Melanobasis*) *melanostalazans*; *Platygrapha melanostalazans* Leight. Lich. Ceyl. p. 180 n. 159 fig. 36; *Lecanactis conglo-*

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03642-0338-6

merata Montg. et v. d. Bosch Lich. Jav. p. 50 (exclus. omnib. synonym.; *Opegr. conglomerata* Fée et *O. tumidula* ejusd. ex iconib. Féeanis sporis gaudent parenchymaticis). — In insula Java: Jungh., et in Ceylonia: Thwait.

Ph. (s. *Melanobasis*) *Patellula, Graphis Patellula* Nyl. in Prodr. Nov. Granat. p. 565; *Graphis separanda* ejusd. l. c. p. 81; *Arthonia Patellula* Fée Ess. Suppl. p. 41. — In corticibus offic. Chinae (ex hb. Hampean.), et in Nova Granata (Lindig. n. 2786).

(Fortsetzung folgt.)

Naturforscher-Versammlung.

Die 55. Versammlung Deutscher Naturforscher und Aerzte wird im heurigen Jahre 1882 vom 18. bis 21. September in Eisenach stattfinden. Die Geschäftsführer der Versammlung, Dr. Matthes und Dr. Wedemann, erlassen folgenden

Aufruf!

Es ist uns nicht möglich gewesen, alle Adressen derjenigen Herren uns zu verschaffen, die eine Berechtigung haben, zu der Naturforscher- und Aerzte-Versammlung eine besondere Einladung zu erwarten. Deshalb ersuchen wir alle Diejenigen, die eine solche besondere schriftliche Einladung vermissen und dieselbe zugeschickt zu erhalten wünschen, uns Ihre Adresse schleunigst zukommen lassen zu wollen.

Eisenach, den 15. Juli 1882.

Dr. Matthes. Dr. Wedemann.

Aus der Tagesordnung heben wir hervor:

Montag, den 18. September, Vormittags: Erste allgemeine Versammlung. — Eröffnung der Versammlung durch den ersten Geschäftsführer Dr. Matthes. — Geh. Hofrath Haeckel-Jena: „Ueber die Naturanschauung“ von Darwin, Göthe und Lamarck. — Sanitätsrath Dr. Barnim-Wilhelmi-Swinemünde: „Ueber den Eisenacher Arzt Christian Franz Paullini“. — Nachmittags: Constituirung der einzelnen Sectionen.

Dienstag, den 19. September, und Mittwoch, den 20. September: Sections-Sitzungen.

Donnerstag, den 21. September, Vormittags: Allgemeine Versammlung. — Prof. Rehmke: „Physiologie und Kantianismus. — Prof. von Bergmann-Würzburg: Ueber die gegen-

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03642-0339-5

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1882

Band/Volume: 65

Autor(en)/Author(s): Müller J.

Artikel/Article: Lichenologische Beiträge 326-337